

6850. 6851 in via Appia prope Tarracinam duae bases magnae eadem inscriptione insignes rep. a. 1743 MARANG. *Dans la cuisine de l'évêché CHAVPY (1769); per terra nella cucina del vescovo VISC.*; similiter MARINI. Hodie Mesae in domo pontificia. Titulum aetatis melioris, qui ad alterum exemplum (n. 6851) incidendum adhibitus est inversus et erasus ita, ut in huius margine inferiore illius versus primus adhuc legatur, vide n. 6401. Exemplum incisum saeculo XV ad archetypum, ut videtur, mox deperditum neque descriptum nisi a quadratario illo, collocant Tarracinae FERR.; in ecclesia cathedrali CITT. WINGH.; in S. Mariae COD. VISC. LIGORIANVS; in ecclesia S. Caesarei pro mensa altaris S. Crucis MET. et COD. LVGD.; in foro STEPH. CHAVPY; ante ecclesiam cathedralem Iul. FRIEDLAENDER. Hodie prostat Terracinae in curia.

6850

D N GLRSMVS ADQ · INCLYT · REX THEODERICVS VICT · AC TRI  
 VMF SEMPER AVG BONO RP NATVS CVSTOS LIBERTA  
 TIS ET PROPAGATOR ROM NOM DOMITOR G · TIVM DECEN | NO  
 VII VIAE APPIAE ID · A TRIP VSQ · TARRIC · IT ET LOCA | QVAE  
 5 CONFLVENTIB AB VTRAQ · PARTE PALVD · PER OMN | RETRO PRINCIP ·  
 INVND AVERANT VSVI PVBLCO ET SECV | RITATE VIANIVM AD  
 MIRANDAM PROPITIO DEO FELIC · TE RE | STITVIT OPERI  
 INIVNCTO NAVITER INSV DANTE ADQ · | CLEMENTISSIMI  
 PRINCIP FELICITER DESERVIENTE P · | CONIIS EX PROSA  
 10 PIE DECIVRM CAEC · MAV · BASI | LIO DECIO V C ET IN  
 L · EX P V · EX PPO EX CONS ORD · PAT | QVI AD PERPETV  
 ANDAM TANTI DOMINI GLORI | AM PER PLVRIMOS  
 sic QVI ANTE NON ALBEOS DEDVCTA | IN MARE AQ  
 VA IGNOTAE ATAVIS ET NIMIS ANTIQVAE RED  
 15 DIDIT SICCITATI E

16 Σ sub extremo versus vocabulo DIDIT in margine scriptam esse ait Giovenazzius; at lapide data opera inspecto Stevensonius rescripsit: 'sotto la parola DIDIT non esiste punto il segno Σ, nè evvi traccia alcuna di cosa consimile'.

Recognovi. Haec exempla primus protulit Marangonius *cose gentil.* p. 481, qui et vidit ipse et descripta accepit a canonico Vinditti; dederunt deinde Chaupy *maison d'Horace* 3, 399; Giovenazzi cod. Vat. 9144 f. 56; Visconti cod. Paris. Lat. 9697 f. 16 et denuo f. 101. 102; Marini *difesa del Corsini* [(1772) p. 58 non integra; Henzen 5594 ad apographa ab Ed. Philippi accurate excepta. Sed ipse titulus multo ante innotuerat ex exemplari recentiore, quod descripsimus Huebner, Iul. Friedlaender, ego quodque proponunt Ferrarius cod. Par. f. 142', cod. Reg. f. 126'; Cittadini cod. Vat. 5253 f. 337. 420'; Winghius cod. Brux. 2, 28'. 45 acceptum ab amico; Metellus cod. Vat. 6037 f. 48'. 6039 f. 350' (inde Grut. 152, 8 'e schedis Metelli Gutenstenius; ex eo Orelli 1155) similiterque in folio praefixo codex Lugd. Vossian. fol. 87; Ligorius cod. Neap. 35 p. 203, ms. Taur. 14 et 26, cod. Viscontiano f. 17, cod. Raffaelli f. 72; Panvinus fast. ad a. 530 prima postremaque sola dans (inde Smetius 156, 18); Stephanonius cod. Lugd. f. 72; Kircher Lat. (Amst. 1671) p. 249; Corradinus Lat. 2, 136; Pratilli App. p. 26; Chaupy l. c. recte damnans; Visconti cod. Par. 7 f. 264; Nicolaj *dei bonificamenti delle terre pontine* (1800) p. 103. Id exemplum ita scriptum est:

D N GLORIOSISSIMVS ADQ · IN  
 CLYT · REX THEODORICVS VICT  
 AC TRIF · SEMPER · AVG · BONO  
 REIF · NATVS CVSTOS LIBERTA  
 5 TIS ET PROPAGATOR ROMANI  
 NOM DOMITOR GENTIVM DE  
 CENNOVII VIAE APPIAE ID EST A  
 TRIP VSQ · TERRACENA ITER ET LO  
 CA QVAE CONFLVENTIB · AB V  
 10 TRAQ PARTE PALVDVM PER OM  
 sic NE RETRETRO PRINCIPVM INVN  
 DAVERANT VSVI PVBLICO ET SECV  
 RITATE VIANIVM ADMIRANDA  
 PROPITIO DEO FELICITATE RESTI  
 15 TVIT OPERI INIVNCTO NAVITER IN  
 SVDANTE ADQ · CLEMENTISSIMI  
 PRINCIPIS FELICITER DESERVIENTE  
 PRAECONIIS EX PROSAPIE DECIO  
 RVM CAEC MAV BASILIO DECIO  
 20 VC ET INL EX PF · VRB · EX PPO EX CONS  
 ORD PAT QVI AD PERPETVAN  
 DAM TANTI DOMINI GLORI  
 AM PER PLVRIMOS QVI ANTE  
 NON ERANT ALBEOS  
 25 DEDVCTA IN MA  
 RE AQVA IGNOTAE ATAVIS  
 ET NIMIS ANTIQVAE REDDI

haec vacant

6851 varia lectio; versuum divisio-  
 nem significant vinctulae alteri ex-  
 emplo insertae:

THEDERICVS  
 VMF — LIB · TIS  
 PRO | GATOR ROM  
 IDE pro ID  
 MIRANDA  
 PRINCIP FELIC DESERVIENTE P · CONIIS  
 CONVS  
 ATAVIS — ANTIQ ·  
 E

6852 Terracinae in domo  
 Antonelli.

VERANT VSVI PVBLCO  
 VM ADMIR · DA PR  
 STITVIT OPERI  
 NSVDANTE AD  
 5 CIP · FELICI

Descripsi.

Tertii exempli eiusdem  
 tituli fragmentum.

Versuum divisionem exempli novicii observa retineri a Ligorio. — 7. 8 in codice Hanoverano IX. 664 infimae notae f. 28 titulus sic affertur, ut pro A TRIP VSQ · TERRACENA substituatur A · TRIB · TABERT (sic) · VSQVE · FERRARIAM. — Hoc exemplum recenti aetate incisum esse ostendit litteratura plane diversa et a duobus Mesanis et a tertio fracto n. 6852, ut hoc habeat litteras alte incisas, reliqua tria exiles, quales illi saeculo conveniunt. Praeterea quamquam vocabula in Mesanis non perscripta hic in universum recte et perite solvuntur, ut iure mirere rem tam bene successisse viro docto saeculi decimi quarti vel quinti incipientis, tamen quaedam inveniuntur male explicata, ut 5 = 10 paludum pro paludibus, et omne principum pro omn(es) princip(es). Item quamquam 13 = 24 scite suppletum est id quod deest erant (nam adfuisse id in archetypo recentis apographi, cum desit in duobus Mesanis, vix probabile est), spatium vacuum quod sequitur, cum nihil desit, apographo magis convenit quam archetypo. Denique 4 = 8 ex Tarric. factum Terracena novicium est; novicium item Theodoricus pro Theoderico. Quare cum olim aliter censuerim, iam adsentior Chaupy et Henzeno Mesana exemplaria tuentibus contra Tarracinense.